Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25958
Copyright: Admont, Benediktinerstift



onam. Mortuo & illo absq; liberis. noluit eam dare tercio filio. s s
cuius nomen erat sela. timuit enim ut ait scriptura. ne & ille more s s
retur. Cuolutis autem multis diebus mortua uxore iude. nuntiatum est s s
thamar: quod ascenderet iudas in thamnas ad tondendas oues. s s
Illa autem dolens esse se absq; liberis. maledicta enim erat in israel muli s s
er illa que non haberet posteritatem. mutato habitu. sedit in biuio. s s
cooperto uultu. simulabat se coram iuda quod non erat. & accepto ab eo s s
anulo suo. armilla & baculo quem manu tenebat. concepit ab eo & s s
abiit. Post tres autem menses. accusata est thamar: quod fornicata esset. s s
Que dum data super eam mortis sententia duceretur ad penam. protulit anulum s s
armillam atq; baculum dicens. De uiro cuius hec sunt concepi. Sicq; saluata s s
est. Instante autem partu effudit geminos. uocauitq; nomen unius phares. s s
nomen alterius zara. In iuda. dum patrem accipere possumus. in thamar: s s
beatam uirginem MARIAM sicut premisimus. in duobus filiis iude. her
uidelicet qui interpretatur pelliceus. & in onam qui interpretatur meror eorum. in
fantiam eiusdem beate uirginis atq; puericiam. non incongrue ualet intelligi.
Hec iniuste her quod pelliceus dicitur ad infantiam uirginis MARIE re
fertur. Licet enim innocentem ut uere credimus hanc etatem transegerit. sen
sibus tamen carnis quamdiu infans erat. sic infans obnoxia subiacebat.
Onam uero quod interpretatur meror eorum. congrue satis ad puericiam eius refertur.
quia postquam infantili decursa etate. altius sentire & intelligere pote
rat. uita eius per humani generis perditione semper in merore erat. Ex du
obus filiis istis quodammodo non peperit. quia nec tempore infantie nec tempore pue
ricie parere illum idonea erat. cuius sanguine mediante. tota predesti
natorum. ad uitam successio recreari & reparari debuerat. Sic duobus filiis
illis her & onam sine posteritate e medio factis. hoc est duobus illis in
fantie & puericie sue temporibus. sine fructu humane reparationis
tandem transactis. cum tercium filium qui erat sela. quod interpretatur umbra diu
expectaret. hoc est cum remissionem peccatorum. que per umbram potest intel